

Thomae de Aquino

Summa theologiae

Prima Pars - Prologus

Quia Catholicae veritatis doctor non solum provecos debet instruere, sed ad eum pertinet etiam incipientes erudire, secundum illud Apostoli I *ad Corinth.* III [1-2], „tanquam parvulis in Christo, lac vobis potum dedi, non escam“; propositum nostrae intentionis in hoc opere est, ea quae ad Christianam religionem pertinent, eo modo tradere, secundum quod congruit ad eruditionem incipientium.

Consideravimus namque huius doctrinae novitios, in his quae a diversis conscripta sunt, plurimum impediri, partim quidem propter multiplicationem inutilium quaestionum, articulorum et argumentorum; partim etiam quia ea quae sunt necessaria talibus ad sciendum, non traduntur secundum ordinem disciplinae, sed secundum quod requirebat librorum expositio, vel secundum quod se praebebat occasio disputandi; partim quidem quia eorundem frequens repetitio et fastidium et confusionem generabat in animis auditorum.

Haec igitur et alia huiusmodi evitare studentes, tentabimus, cum confidentia divini auxilii, ea quae ad sacram doctrinam pertinent, breviter ac dilucide prosequi, secundum quod materia patietur.

I, q. 2, a. 1 prol. [= I pars, quaestio 2, articulus 1 prologus]

Quia igitur principalis intentio huius sacrae doctrinae est Dei cognitionem tradere, et non solum secundum quod in se est, sed etiam secundum quod est principium rerum et finis earum, et specialiter rationalis creaturae, ut ex dictis est manifestum; ad huius doctrinae expositionem intendentes,

Thomas von Aquin

Summe der Theologie

Erster Teil - Vorwort

Da der Lehrer der katholischen Wahrheit nicht nur die Fortgeschrittenen unterweisen soll, sondern es auch zu seiner Aufgabe gehört, die Anfänger zu unterrichten – gemäß dem Wort des Apostels im *Ersten Brief an die Korinther* (3, 1-2): „wie Kindern in Christus gab ich euch Milch zur Nahrung, nicht feste Speise“ –, so ist es unsere Absicht, in diesem Werk all das, was zur christlichen Religion gehört, in einer Weise darzustellen, wie es der Unterweisung von Anfängern angemessen ist.

Denn wir haben bemerkt, daß die Neulinge dieser Lehre in dem, was von verschiedenen Autoren geschrieben wurde, sich vielfach verstricken: zum Teil aufgrund der Vielfalt unnützer Fragen, Artikel und Argumente; zum Teil auch weil dasjenige, was für sie zu wissen notwendig ist, nicht nach der wissenschaftlichen Ordnung dargeboten wird, sondern so, wie es die Erklärung der betreffenden Bücher verlangte oder so, wie sich gerade die Gelegenheit zur Auseinandersetzung bot; zum Teil schließlich, weil die häufige Wiederholung desselben sowohl Überdruß als auch Verwirrung in den Seelen der Zuhörer erzeugte.

Indem wir uns also bemühen, dieses und anderes dergleichen zu vermeiden, wollen wir es im Vertrauen auf die göttliche Hilfe unternehmen, demjenigen, was zur heiligen Lehre gehört, in Kürze und Klarheit nachzugehen, so wie es der Stoff gestattet.

I, q. 2, a. 1 prol.

Da also die Hauptabsicht dieser heiligen Lehre darin besteht, die Erkenntnis Gottes zu vermitteln, und dies nicht nur im Hinblick darauf, wie er in sich ist, sondern auch, insofern er der Ursprung der Dinge und ihr Ziel ist, und insbesondere des vernünftigen Geschöpfes, wie aus dem Gesagten offenkundig ist, werden wir, indem wir die Darlegung dieser Lehre verfolgen,



[1] primo tractabimus de Deo;
[2] secundo, de motu rationalis creaturae in Deum;
[3] tertio, de Christo, qui, secundum quod homo, via est nobis tendendi in Deum.

(Lateinischer Text: corpusthomaticum.org)

[1] zuerst von Gott handeln [= Ia Pars];
[2] zweitens von der Bewegung des vernünftigen Geschöpfes zu Gott hin [= IIa Pars];
[3] drittens von Christus, der als Mensch für uns Weg ist, zu Gott zu streben [= IIIa Pars].

(Deutsche Übersetzung: Hanns-Gregor Nissing)

